

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Obediencia h  
cum fonte primo

Verus obediens mandatum non  
procrastinat, sed statim

parat aures auditui, linguam  
uoci, pedes itineri, manus operi,  
et se totum intus colligit  
ut mandatum peragat imperantis.

Bernardus.

Fidelis oboediens nescit moras,  
fugit crastinum, ignorat tarditatem,  
praeripit praecipientem,  
parat oculos visui, aures auditui, linguam  
voci, manus operi, itineri pedes,  
totum se colligit  
ut imperantis colligat voluntatem.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de  
diuersis*, 41, 7 (SBO 6.1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.249,  
ll.8-11).